

Samuel Bohl    Johann Hülsemann

**Disputatio ... Super Sapientiam Salomonis in Proverbiis ...**

**1 : Disputatio Prima ... Exhibens in specie Principium Terminativum Ethices seu Politices divinae Sequelam Dei**

Rostochii: Kilius, 1638

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn747231737>


Band (Druck)    Freier  Zugang



Verk. : J. Kälseman

L. Bohl.

R. U. Theol. 1638.



DISPUTATIO PRIMA

*Super*

SAPIENTIAM

SALOMONIS

IN

PROVERBIIIS.

*Exhibens in specie*

PRINCIPIUM TERMINATIVUM

Ethices seu Politices divinæ

SEQUELAM DEI

*Quam*

D O. M. A.

PRÆSIDE

M. SAMUEL BOHL,

S. S. Theol. P. P.

*Publico doctorum examini subicit*

JOHANNES Hülseman/Hamburg:

*Habebitur ad diem 17. Novembr. in Auditorio majori.*



ROSTOCHIL

Litteris NICOLAI KILII, Academ: Typogr

Anno M DC XXXIIX

VIRIS

*Magnificis, Nobilissimis, Consultissimis,  
Prudencissimisq;*

Dn. ALBERTO von Eitzen /

J. U. L.

Dnn. Consulibus  
Inclytæ Reip. Pa-  
triæ spectatissimis

Dn. ULRICO Winckel //

J. U. L.

Nec non

*Excellentissimis, Consultissimo, Experientissimo, admodum  
Reverendis, Clarissimis, Spectatissimis, humanissimis  
integerrimisq;*

Dn. JOACHIMO Gøder sen / J. U. D.

Dn. JACOBO MARTINI. Phil. & Med. D.

Dn. JOH. MULLERO, }

SS. Theol: L.

Ædis } Petrinæ } Pastor: vigi-  
Cathari } lantiss.  
nianaæ. }

Dn. JACOBO Grossen / M. }

Dn. ANDREÆ Schröder / Templ. Nicol. Jur.  
& IXviro dignissimo.

Dn. PETRO Scherenberg / Negotiatori pp.

Dn. GARLEVIO MULLERO, Patritio eximio.

Dn. JOHANNI Müllern / Negotiatori pp.

*Dnn. Mæcenatib: Fautorib: Promotoribusq;*

Hoc animi grati debitæq; observantiæ  
signum offert

JOHANNES Hülseman /  
Hamburg.





Prothesibus stabas Vir, novi hoc, a-  
criter hisce

Quæ titulum gestant *Ethica Sacra*;  
benè,

Præsides ubi claræ linguæ sanctæq; perito,

Dicitur is BOHLIUS; prævius est Salomo,

Pergite vos homines sic *Ethica sacra* docere


Et fient verè, grata hominib; Deo!

Sic Bohlij nomen clari laudesq; manebunt

Sicq; Tuis studij publica signa dabis

*Præs. Domino Resp. Amico & convictori suo  
suavissimo scrib.*

M. JOACHIMUS STRESOVIUS!



*E*thica, qua Salomo facili docet arte fideles,

Dum facili explicita hoc ordine, Jane, refers,

Eq; suis voces Formalibus eruis omnes,

Præsides Bohle sic præcunte viam:

Principia exurgunt: hinc nascitur *Ethica Sacra*:

Qua datur, ut seipsum & cuncta gubernet homo:

Et non tam Mores informat & erudit ipsos,

Quam monstrat vera molle salutis iter,

Illa velut membris absolvitur inde duobus,

Qua Disciplinam constituisse solent:

A 2

As

Ac prius id Primum quod Terminat, exhibet, atq; huc  
Quæ nos deducunt, cætera rite locat.  
E quibus hoc tractas, Artem quod Terminat, istud  
Dicitur aeterni vera sequela Dei.  
Dicitur, & vere sic dicitur, Euge sequelam  
Hanc sequere, & fido corde timeto Deum.  
Sic non hæcse Theſes tantum bene noveris, atqui  
Ex ductu Chochma cætera doctus ages.

Ita intimo suo Dn. Hulfemanno appl.

JOACHIMUS CRELLIUS, Rugianus.

---

**D**Um tu, quid sit amor purus, castiq; sequela  
Numinis, è cathedra, dulcis amice, doces,  
Quam sordent veterum sublimia dicta Sophorū,  
Quamq; ferit nullum, lumina nostra, jubar;  
Huc, huc cum priscis veniat Studioſa juvenus,  
Hic rectam monstrant Ethica sacra viam,  
Res certe lauru digna est, tu sedulus insta,  
Et Patriæ quondam gloria cresce tuæ,

JOHANNES SELDENER,  
Hamburg.

ms(O)50



DISPUTATIO I,

Exhibens

PRINCIPIUM DIVINÆ

Ethices Terminativum, sequelam Dei.



*Nemo inficias ire poterit, Salomonem in libro proverbiorum eò potissimum respexisse, ut fidelibus omnis generis præcepta pietatis præscriberet, quibus, quos se erga DEUM, proximum, & se ipsos gerere deberent, erudiret.*

Resp. JOHANNES Hülsemann Hamb.

*Quare & antiqui hæc ejus proverbialia Panareton, quasi, quæ omnium virtutum præcepta continerent, nominarunt.*

*Placet, illa Ethica sacra, idq; non sine exemplo, nominare,*

1. Ethica divina est habitus à Deo datus, ut homo Ecclesiam, rempublicam, & se ipsum rectè proportionaliter regat.
2. Dicitur divina, quia à Spiritu Dei est, per Salomonem proposita.
3. Dicitur habitus, quatenus illam aliquis habet, & quidem ex septem principiis & medio appropriato, quod, cum sit sapientia essentialis, merito vel hoc nomine dixi eum habitum à Deo datum.
4. Dicitur ad regendam Ecclesiam, rempublicam, & se ipsum, Quia in ea proponuntur, quæ informant civitatem Dei & Ecclesiam; Quædam civitatem mundanam & rem publicam; quædam civitatem cujusvis hominis, quæ nihil aliud est, quàm anima & corpus

A pus

2 De principio divina Ethices terminatio

pus, quæ non tantum monarchiam totius mundi, sed & regimen civitatis alicujus repræsentant.

5. Dividitur in partem generalem & specialem.

6. Pars generalis agit de PRINCIPIO Ethices, & constituentibus illud.

Pars specialis agit de iis quæ in Ecclesia, republica & in vita cujusvis requiruntur.

7. In parte generali consideramus primo PRINCIPIMUM TERMINATIVUM & PRINCIPIMUM DEDUCTIVUM.

8. Quæ antequam explicem, protestor, me hoc ipso nulla scripta Ethicorum ex historiis, experientia, sapientum monitis concinnata taxare. Nihil mihi Theologo cum ipsorum scriptis in præsentia est commercij, sed hoc tantum intendo, ut Salomonis Proverbia, ceu nobilis pars Scripturæ sacræ, rectè intelligantur, & divina sapientia studiosæ juventuti instilletur.

9. לציִֿ ergo, & irrisores ex Salomone appellare possum, qui aliam mihi affingere tentabunt mentem, noloq; hic censores alios, quam illos qui Salomonem & per illum loquentis Spiritus S. vocem audiunt. Quæ protestatione utor propter illud genus hominum, quod de nō intellectis, quin de ne lectis quidem judicium ferre solet.

10. Redeo nunc ad partem generalem, in qua principium terminativum dico id, ad quod septem principia deductiva nos deducunt, & est: יְהוָה יִרְאֶה sequela Dei. Est autem sequela Dei (quæ aliàs timor Domini appellatur) cum Deum, ad cujus imaginem sumus creati, sequimur in rebus nostris. Et ne hoc principium videatur in meo vel alterius cerebro natum, ecce verba Regis sapientis, cujus sapientia tuam sapientiam etiam profundissimam, apodicticè, esse stultitiam, evinceret. Sic inquit in propositione partis generalis. *Sequela Domini est principium cognitionis,*

*Priora ea sapientie & colligata argutia, quam stulti spernunt.*

11. Hic notandum est priora capita novem Proverbiorum Salomonis continere unam orationem, quæ connectitur argutis partem generalis. Exordium est in v. 2. 3. 4. 5. 6. qui propositionem in v. 7. involvunt.

v. 1. Proverbia Salomonis, filii Davidis, Regis Israël.

Ad

*Sequela Dei.*

Ad cognoscendum sapientiam, & colligatam argutiam, ad intelligendum verba discretionis. 2.

Ad accipiendum vinculum intellectus, justitiam & judicium & re-  
titudines. 3.

Ad dandum simplicibus ductum rei super rem, puero cognitionem,  
& cogitationem cum motu. 4.

Ut audiat sapiens, & addat doctrinam, & prudens factus guberna-  
tiones possideat. 5.

Ad discernendum dicta collatoria, & exponentia collatum, verba  
sapientie & acumen ipsorum. 6.

12. In quo Exordio proponuntur nobis principia, quæ quid sint,  
in ipsa oratione ordine explicantur. Hinc etiam ut causa Prover-  
biorum horum ponuntur, cum ad cognoscendam sapientiam &c.  
dicuntur esse facta.

13. Non attinet autem jam dicere, quomodo distinguantur ea,  
quæ in Exordio sunt posita, cum ex professo de iis erit agendum,  
in ipsorum principiorum speciali consideratione. Unde tantum-  
modo cum Salomone, quod hujus Sapientie, propter quam Pro-  
verbia facta sunt, principium sit *Timor Domini*. Sic enim textus.

*Timor Domini est initium cognitionis, sapientie &c.*

7.

Hic, ut de aliis commodiori loco agamus, respicimus primum,  
generaliter ipsum principium juxta suas partes illud constituentes.

14. Principia autem illa sunt, prout à Salomone describuntur  
I. ארת cap. 1. a. v. 20. 2. בונה c. 2. 3. שכל cap. 3.  
4. תושבה c. 3. a. v. 19. 5. מוסר cap. 4. c. 5. 6. &  
7. ערמה cap. 8. & 9. Quod ultimum est sapientia realis, cum in hac

anima sequela Dei: quæ eo ordine, quo ego ea collocavi, à Salomo-  
ne sapientissimo sunt disposita. Quæ, quid sint, explicare, non per-  
mittit disputationis hujus primæ generalis ratio, quæ imponit ne-  
cessitatem in genere explicandi naturam timoris Domini, & in spe-  
cie ejus rationem eximendi sub modo, quem sapientissimus Rex præ-  
scripsit.

15. Dixi יראת יהוה sequelam Dei, quia in summa formalit-  
ate sequi inducitur, ita ut timere Deum nihil aliud sit quam se-  
qui

A 2

qui

4 De Principio divina Ethica terminatio

qui Deum, id quod Philologus Hebraeus poterit demonstrare. Nobis sufficiat Salomonis explicatio, qui ab opposito hanc formam exprimit, dum præter Deum neminem imitandum esse docet à v. 8. usq; ad 20. cap. 1.

v. 8. *Audi fili mi colligatam argutiam patris tui &c. usq; ad 20.*

16. Formalis ergo ratio est, sequi solum Deum in omnibus actionibus. Si enim, extra Deum, alios sequamur, audimus merito illud, quod majestate dicendi excellens Propheta dicit:

וְהוֹרֵי יִרְאֵתֶם אֶתִּי מִצֹּרֹת אֲנָשִׁים מְלוֹמְרָה i. e. Et est timor ipsorum erga me præceptum hominum assuetum. Fluit ex hoc

17. Nulla consuetudo est alleganda contra sequelam Dei.

Medium  
sequela.

18. Per quem autem, & à quo timor & sequela Dei consistat, & ita causam ejus docet Salomo hinc inde in principiis, principaliter autem in ultimo principio, quod est עֲרֻמָּה, ubi Sapientia seu totum ex כֹּסֶם / מוֹסֵר / תוֹשִׁיָה / שְׂכָל / בִּינָה / דַּעַת & מוֹסֵם aliud adseiscit nomen, ut discrimen constituatur inter sapientiam essentialem & inter sapientiam realem tantum. Sapientia essentialis habet sapientiam realem ut nobis communicabilem, quam dicit עֲרֻמָּה *Ductum rei super rem* i. e. ubi omnia principia ducuntur super se invicem, & ita sapientiam realem constituunt.

19. Distinctionis hujus rationem suppeditat Salomo cap. 8. v. 1. *An non sapientia clamat &c. v. 2. In summitate locorum excelsorum* i. e. In Jerusalem seu publica Academia totius orbis, *in domo viarum est constituta* i. e. In scriptura sacra, quæ est domus viarum variarum, ubi sapientia clamat, hanc vel illam viam eligite. *Ad locum portarum juxta civitatem* i. e. In publicis judiciis, ubi lex testatur &c. Hæc sapientia clamat v. 5. *Intelligite O simplices Ductum rei super rem* i. e. Sapientiam ex principiis septem constantem. Ergo sapientia sapientia opposita distinctionem utriusq; inducit una cum altera conjuncta.

20. Scripturae autem, ut & communis modi dicendi ratio non id admittit, ut unum de se ipso loquatur, ita: Ego conferam vobis id, quod ego sum, seu nihil non essentialis, ut sapientia dicere potest, se habitare in sapientia. Nec Prosopopæia talis locum habet, quasi idem esset, ac si diceretur ex epist. ad Corinth. *Charitas omnino perferri, charitas in charitate habitat, charitatem confert.* Quam-

v19

vis enim id satis etiam contorto modo verificatur de charitate, nisi in concreto, ut in hominibus, nunquam tamen extra subjectum.

21. Ita etiam hoc in cap. sine subjecto non consideratur, sed est in ipso subjecto. Dicit enim, *Os meum odio habet perversitatem ego diligo diligentes me*, ubi non sine mysterio distinctionis sapientiae essentialis & realis tantum communicabilis utrunq; dicitur, *Et diligentes eam & diligentes me*. cujus simile exemplum (ut multa alia loca diversum respectum cum duplici & consonantium & vocalium positi inducentia taceam) est v. 35. *Omnis inveniens me est inveniens me ceu vitam, & invenit vitam*, ubi itidem respicitur ad Essentialis à reali sapientia distinctionem.

22. Imò ut verè sapientiam hanc Essentialem esse palpàremus, ecce ea sibi tribuit, quae nulli non essentiali tribui possunt. *Dominus*, inquit v. 22. *Possedit me, ceu initium viarum suarum*, item, *quando non erant voragines, ego residenter sum generata* i. e. ita sum generata, ut non, sicut alia, quae generantur, ex eam ex essentia, sed ut in eadem essentia, quam cum patre communem & unam habeo, resideam. it. v. 31. *Ludens in orbe terra ejus, ceu delectationibus meis existentibus eam filiis hominum*, quia, sicuti per Filium delectatio Dei erat, quando singulis diebus DICEBAT, & post DIXIT videbat, quod omnia valde bona essent, ita per Filium denuò filii hominum DEO per lapsum exorti in gratiam recipiuntur, ludente illa sapientia essentiali cum iis.

23. Et quando concludi debebat ultimum principium, expressissimè & numero distinguitur sapientia essentialis à sapientia reali tantum. Capite enim *NOMO*, *SAPIENTIAE* i. e. ille in quo omnis sapientiae ratio residet, sicuti in cap. 1. eadem sapientia ob excellentiam & rationem modò subiectam in plurali effertur, dicitur *adificasse sibi domum*, i. e. sapientiam realem, cujus septem sunt columnae i. e. septem principia 1. רעת 2. בינה 3. שכל 4. תושיה 5. מוסר 6. מזכה 7. ערמה ex quibus vera sapientia constat: Jam autem aedificans non est aedificium, praesertim cum in eod. contextu nimis clare ab eo distingatur.

24. Dico ergò principium universale res gerendi יראתו sequela Dei, quae cap. 7. in propositione ponitur, & in cap. 9. in conclusione repetitur, requirere medium per quod, videlicet essentialem sapientiam Dei i. e. filium Dei.

### De Principio divinae Ethicæ Terminativo

Hinc super ipsum dicitur requiescere spiritus sequela Dei. Esa. c. ii. v. 2. eò quod per ipsum DEUM verè sequi queamus. Et v. 3. cap. præd. ipsius cognoscere & præscire dicitur esse *ויראת יהוה* in sequela Dei, ex qua demum v. 5. 6. & aliàs vera judicandi & res administrandi fluebat ratio, undè rectè dicebatur de eo, & *judicabit in justitia egenos &c.*

25. Nulla est sequela DEI sine sapientia essentiali seu sine Christo.

26. Statuimus ergò ibi veram Ethicæ sacræ rationem esse, ubi Christus cognoscitur, & colitur, & medium omnium rerum agendarum præsupponitur.

27. Hinc Turcæ & alii Reges gentilium veram Politiam (si cum sacris literis stricte loqui velimus) non habent, quia desciverunt à modo primi principii. Non moveat Ergò sapientiæ studiosos magnificū politiæ nomen, sæpe etenim realiter fit, & latet latrocinium, & latronibus ad officium nocendi, & contra honestatem pugnandi paratis referta *latrina*.

28. Quæ justè autem, & in externis honestè in imperiis illis fieri videntur, fiunt quidem per sapientiam essentialem non motam ab illis ceu medium, sed se ad disponendum omnia in sui gloriam & suorum commodum quasi ex officio sistentem, non ad ipsorum salutem, sed ad utendum ipsis ad salutem communem suorum, nisi ipsi resipiscere velint, unde dicitur: *Mibi est Consilium & res sibi constans, mihi est discretio & fortitudo: item, per me Reges regnant, & Duces decernunt justitiam &c.*

29. Conferatur cum hac sapientia regimen Cyri & Darii, ad quos in Prophetæ Zachariæ cap. 2. v. 12. Ipse Jhovah Zbaoth id est, hæc essentialis sapientia dicitur missa esse. *Sic dixit Jhovah Zbaoth. Quid autem dixit? Misit me ad Gentes &c.* Ergo Jhovah mittitur à Jhovah sapientia illa essentialis, ut disponat res gentilium in regimine ipsarum.

30. Quod autem sequantur gentes hanc sapientiam, non dicam jam, fluere ex Dei generali in omnes creaturas dominio, sed tantum allegabo hoc, hoc in loco, & in hac disputatione rudera-

ima-

imaginis divinæ post lapsum reliqua mansisse, unde & homicidium in lege Moysi post lapsum ex eo principio, & præterea inde, quod reparatur per verbum & spiritum sanctum, ut Lutherus loquitur in cap. 9. Geneseos, prohibetur, quia homo est conditus ad imaginem Dei.

31. Quantum ergò distat gubernatio rationis ex creaturis à regimine rationis ex spiritus Christi illustratione, tantum distat politica administrandi forma Christianorum à Politica Dominandi ratione Gentilium.

32. Nam dum medium principii hujus dico esse sapientiam, essentialem, non negligo spiritum Christi, per quem DEUS nobis in verbo suo loquitur. De quo jam ex professo non agam, cum post explicata rectè septem principia de hoc erit dispiciendum.

33. Huc usq; medium sequelæ DEI, jam ad formam. Hanc dico completè definiiri ex ratione septem Principiorum, unde, ubi-  
Forma  
sequela.
cunque de principii specialis agetur forma, patet formæ sequelæ DEI tactam esse præsumat Lector. In genere hîc dicatur esse DEUM Legi in actionibus nostris. Quia enim firmiter sumus per spiritum Christi sub 7. principii sapientiæ realis cum sapientia essentiali Jesu Christo uniti, sequitur, ut natura Dei in nobis conspicatur & in actionibus nostris.

34. De his ne quis calumnietur hæc mea verba cum Divo Petro loquor in 2. ep. c. 1. v. 2. *Gratia vobis & pax compleatur in agnitione Dei & Jesu Christi Domini nostri: post pauca; per qua maxima nobis & pretiosa data sunt, ut per illa fiat divina participes natura &c.*

35. Legitur Deus in actionibus Principum, cum subditis id præscribunt, quod Deus præscripsit præscribendum.

36. Ex quo confectarium est leges morales hodie in nostris Rebusp. non debere abrogari, nec de jure posse. Recensebo hîc quasdam leges, & digito tantùm extremo quasi tangam, quia principiorum septem enodatio magis dabit antam eas explicandi. Hic enim generalitatis habenda est ratio.

37. *Maledicens patri & matri suæ occidatur.* Hodie Ergò Magistratus, si juxta generale principium veræ honestatis agere velit, tales homines posset morti adjudicare.

38. Cum

*De principio divinae Ethicæ Terminativo*

38. Cum (Exod. 21.) quidam habet bovem cornupetam, nec custodit eum conscientius naturæ Dominus; & verò bos ille occiderit hominem, & bos ob sanguinem humanum effusum lapidatur, & Dominus occiditur, vel pro ratione exigentiæ rigorosæ etiam mulatur. Morale est in analogia, si, v. g. Magistratus vel magnus vel parvus novit suorum civium quendam provocasse aliû ad gladium, & verò hunc cornupetam, quem novit, non mature detinuerit, & ipse alium occiderit, occidatur & civis, & Magistratus expectet gravissimam animadversionem Dei, cum superiorè, qui ulciscatur, non habet.

39. Moralia in summa, quæ in lege Mosis conscripta sunt, ad huc hodie obligant omnem Magistratum & subditum.

40. Sic ergò quis tùm rectè ita agit, ut DEUS in omnibus ejus actionibus conspiciatur, quando v. g. erga proximum ita se gerit, prout se DEUS erga hominem gerere solet. Esto ergò Lex generalis.

*Diligere proximum, sicuti seipsum, omnibusq; benefacere; sicut DEUS noster solem suum oriri sinit super bonos & malos, sicuti Pater noster misericors est.*

41. In quo præsupponenda est Magistratus constitutio, quam etiam hîc generaliter tangimus ex lege, quam sapientia essentialis nobis promulgavit, ubi à Jetro, quod & DEUS confirmavit, nominantur *לויים* Tüchtige Leute / die davor bestehen / davor sie sich aufgeben 2. *אנשי אלהים* sequentes Deum i. e. in omnibus actionibus DEUM representantes, unde Magistratus etiam Dii appellantur, tam Ecclesiasticus, quam Politicus. 3. *אנשי אמת* Leute so da standhafftig sind / qui firmiter adherent rei, quam per DEUM in sequela ejus conceperunt *Nicht Herren / die anstatt Ja oder Nein sagen / so weit / ohn gefehr / es könnte woll / &c.* 4. *אנשי בצע* odio habentes avaritiam, form: consumptionem: *Leute / die nicht mit sich auff den Nichtesuel nehmen Geldes / Freunde oder eigener Ehr respect.* Talis quisvis concionator, talis quisvis civis esse debet, qui sapientiæ, quam trado, vult esse confors, si Germanis *Ein redlicher vnd auffrichtig*

*Sequela Dei.*

**Riger Mann** duci velit, sed de his in parte speciali plura ex professo.

42. Neminem ergo sequamur, nisi eum, qui DEUM secutus est, quod in generali principio, ubi generaliter, sicuti ego in hac dissertatione, de sequela DEI agit, ita exponit Salomo:

*Fili mi, quando te seducere voluerint peccatores, noli sequi.*

C. 7. v. 19.

Frivolum ergo est, ne dicam stultum, allegare consuetudines contra honestatem, unde in rebus publ. & vita communi omnium actionum norma ita est informanda, ut canon maneat non in homine sed in Dei sequela. Periculum commune ad nos docet, quod & praevidit Salomo, cum ex professo de hac theoremate agit.

*Si dicant, veni nobiscum, insidiabimur sanguini, occultabimus rete v. 12. sine causa innocenti.*

*Absorbebitis, sicuti infernus, eos vivos & perfectos ceu descendentes v. 12. res in foveam.*

*Omni possessione pretiosa inventa nos nostras domos ceu spolio implebimus. Tu tuam sortem projicies in medio nostri (sicut nos), sacculus unus ut sit nobis omnibus*

43. Non hoc vult sapiens Rex, quasi tam manifestis verbis alii extra Deum seducerent simplices, sed quod (sicut infra demonstrabitur in principiis) actiones & verba ipsorum id finaliter & principaliter intendunt & volunt, quasi idem dixissent. Hinc proverbium dicitur כַּשְׁלִים / quia collata sunt, ubi ex re res similis, non autem eadem educitur.

44. Sequi extra Deum alium est insidiari sanguini, formaliter infidere sanguini, peccare, alios ad peccandum allicere, eosque fecum in exitium deturbare.

45. Quae nihil aliud sunt, quam rete ponere: Quod fit (1) dum occultatur rete nocendi, dum leges conduntur & exempla seruntur, quae contra sequela Dei veniunt. Qualia in Ecclesia erant traditiones, ubi quae inter alia tempore Esaiae ausus fuisset dicere ad Sacerdotes: *Hac est requies, quam conferte Lasso, Esa. 28. statim visus fuisset loqui subsannariis labij, i. e. quae nemo ceu in ignota lingua prolata verba enrat, sed ea ridet unde Propheta linguam aliam ea vocat. Quae traditiones extra & contra scripturam rete fuerunt. Esa. 28. v. 12. Quamvis ibidem etiam plus involvatur.*

B

46. Talia

46. Talia retia erant in Politica Leges & statuta perversa, de quibus Esa. 10. Væ illis ergo, qui hodie leges condunt contra sequelam Dei.

47. Hinc fluit, quod jure Divino & morali verum est, non etiam falsum esse jure humano, nisi læsæ Majestatis Regiæ divinæ rei esse velint reges terreni.

48. (2.) Hoc fit inevitabiliter ex præsupposito reti eos perdendo. Quando enim leges communes, etiam si sint contra sequelam Dei, creduntur obligare, vivi descendunt homines obligati in infernum i. e. in omnis generis calamitates, &c.

49. (3.) Eorum pretiosa sibi rapiendo. Quod enim juris homo ex natura habet, per leges contra sequelam Dei ad se rapiunt illi, qui injustas leges condunt, etiam si in eorum bonum non convertantur, cum tantum eorum domus impleantur, & desiderium ipsorum expleatur, non autem ipsimet perfectiores evadant.

50. Id est, quod in apodosi fusiùs explicat Salomo cum dicit v. 15.

v. 15. Tu noli ire in via ipsorum, prohibe pedem tuum à semitis ipsorum.

v. 16. Nam pedes ipsorum ad malum currunt, & properant ad effundendum sanguinem.

v. 17. Nam sine causa est dispersim rete in oculis omnium habentium alas.

v. 18. Cum illa sanguini ipsarum insidientur, occultè ponant rete animabus ipsarum.

v. 19. Sic viae sunt omnis consumentis consumptiones, animam habentium eam ablaturi.

51. In hoc rectè monstratur finaliter, quomodo omnis sequela extra & contra Deum sit via ducens ad mortem.

52. Semitæ enim & viæ ipsorum v. 15. & 16. sunt modi ipsorum agendi, de quibus dicitur, quòd currant & properent ad sanguinem, ad mala, quæ sanguine expianda.

53. Utinam semper seqvuti fuisset in Germania Deum, & non alios, non ita maderet terra nostra sanguine humano, non ita horreret campus noster solitudinibus.

54. Aves fuimus, quæ, quando vident rete expansum ex v. 17. putant hoc casu & obiter ita fieri, dispersaq; gramina non arbitrantur suum esse rete, & non perpendunt, omnia ea insultare vitæ suæ.

Omnia

Omnia fufius explicare generalis hujus difputationis non permittit ratio, ponit hunc talem extruimus canonem.

55. Extra & contra Deum confilia funt irrita in rebus publicis. Qui ergo Magiftratus fanis confiliis vult erigere labefactantem reimpub' icam, id agat, ut cives & ipfe cum civibus fequatur Deum, fic in ftatu Ecclefiaftico & privato.

56. Conferatur Oratio quaedam Efaiana, ubi Rex Aegypti fapientiffimos habebat confiliarios, qui fe filios Regum Orientis dicere poterant; at quando Dominium non fequebantur, dicit Spiritus: *Stulti funt principes Zoar fapientiffimi confiliariorum Pharaonis, confilio bruto facto. Item: Infpidi facti funt duces Zoar, decepti funt principes Noph, & errare fecerunt cum Aegypto angulum tribuum ejus.*

57. Tunc, brutis confiliis fapientiffimis vifis, Reges & Principes a confiliariis feducuntur. Effentialis enim fapientiae eft confilium & fortitudo exequendi, fine qua realis nunquam monftrari potuit.

58. *Objectum* fequelae hujus fapientiae, qui difcere poliunt illud principium, quibus opponuntur inepti ad accipiendum illud. *Objectum fequela.*

59. Ineptus, ut uno verbo dicam, eft  $\forall S$ , quem latini vocare folent irriforem. Cum autem non fatis exprimat & difficulter etiam exprimi poffit, non grave fit, circumfcriptionem ejus audire.

60.  $\forall S$  ineptus difcipulus hujus principii, formaliter notat exponentem, materialiter fumitur ejus radicalium conftitutio vel in bonam vel in malam partem.

61. In bonam partem fumitur pro Oratione ratiocinante &c. In malam partem fumitur pro exponente quidvis fuo arbitrio & ludibrio, *Einen Mann der feine Wort und Gedanken in das wilde tauſend gerichtet hat / cujus typum quendam videmus in den Quackſalber / Jahrmarktes-poſſen reiſſern / qui dicuntur יצ"ל* ficuti id fufius in oppoſitione  $\forall S$  rei ſibi conſtantis *Eines dinges das beſtand hat / daſ man für jederman fan eugen / explicabitur.*

62. Hic in genere ſufficiat, ſcire eſſe hominem, qui ad nullam rei conſtantiam adigi poteſt. Hic non poteſt eſſe capax hujus principii, Quod & Spiritus ſanctus praevidens praecavit his verbis cap. 9. v. 7.

Qui

*De Principio divinae Ethicae terminativo, sequela Dei. 12*

Qui insistere vult  $\Psi$ , talem inconstantem, sibi capit ignominiam  
& cum turbulentum arguit, suam maculam audit. Severè ergo id  
prohibet v. 8. Noli arguere  $\Psi$  talem inconstantem, ne te odio  
habeat, argue potius sapientem, qui te diligit. q. d. Desperatum est  
opus in informando  $\Psi$ , cum nihil certius sit, quam quod in-  
formantem sit osurus.

63. Huic autem opponitur simplex, & est, qui patitur, ut in se o-  
peretur essentialis Dei sapientia. Sicut enim  $\Psi$  quicquid dicitur,  
reflexam paratam habet, sive conveniat cum scopo, sive non; ita sim-  
plex  $\Psi$  quicquid dicitur, audit, & patitur, ut informetur. Unde  
in conclusione generalis partis divinae politicae ex professo de ejus-  
modi generis hominum invitatione in cap. 9. Proverb. ita di-  
citur.

*Sapientia essentialis* (cur addatur essentialis in discursu publico  
monstrabo) *edificavit domum suam i. e. sapientiam realem, excidit  
columnas ejus septem i. e. septem principia, de quibus supra in genere  
dictum est, quod sint columnae sapientiae realis, mactavit mactatione  
suam, miscuit vinum suum, etiam instruxit mensam suam i. e. præ-  
paravit omnia commoda, quae in speciali tractatione principiorum.*

*Emisit puellas suas vocaturas super altitudinibus civitatum. Quis  
est simplex, huc recedat, ad eum, qui deficiens est corde, intendit ser-  
monem suum.*

64. Quae ex oratione Agur cap. 30. addi possint ad intelligen-  
dum hoc principium, video, sentio autem, id hic fore supervaca-  
num, eò quod omnia principia directiva hoc terminativum ex-  
plicandum sibi sumunt.

*Noto ergo tantum.*

1. Nulla Ecclesia, respublica & homo recte gu-  
bernatur sine sequela Dei.
2. Omnia erga Consilia, tam Ecclesiastica,  
quam Politica, quam privata, bruta sunt, & etiam si  
ex voto cedere videantur, stulta tamen sunt, & ma-  
joris mali materi, nisi divinae hujus politicae  
principium sit norma.

*Exhibens.*

## PRINCIPUM DIVINÆ

Ethices Deductivum primum Daath

l. complexum rerum.

THES. I.



Onstituto Principio Terminativo divinæ sapientie proximum est ut accedamus ad Principia hujus Deductiva i.e. quæ deducunt nos ad principium hoc quod est sequela Dei.

*Respond.*

JOHANNES CORFINIO, Rostochiensis.

2. Principia illa sunt septem, quæ cap. 9. v. 1. dicuntur septem columnæ, cum ita inquit Spiritus: *Sapientia* i.e. essentialis Sapientia, &

*edificavit sibi domum*, i.e. sapientiam realem, ad quam ceu communicabilem homines invitantur, & *excidit columnas ejus septem*.

3. Has septem columnas dico septem principia Sapientie & timoris Domini. De hujus numeri ratione non operose agam, ne neglecto scopo principali de rebus in quas hariolando inquiritur agere videar. Potius ergo eorum nomina hic in genere de novo allego & numero, & in specie Primum explico. Est autem 1.

עלמה 2. מזמה 3. מוסר 4. תשיה 5. שכל 6. בינה 7. רעת  
Ex quibus vera nascitur Sapientia, & Timor seu sequela Domini.

4. Hæc obscura sunt nomina, legat ergo Lector benevolus eorum explicationes in specie, & quomodo inter se differant, quæ sitipforum natura & commodum discernat.

5. Primum ergo Principium est רעת Cognitio quam dico *es. Descriptio: se primum principium quod in פתרי seu simplici Sapientie Salomonis Studiose requiritur.* & est complexio rerum omnium quas nos in Scriptura scire voluit sapientissimus Dominus.]

6. De hoc Principio agit Salomon cap. 20 usq; ad finem capituli. In quibus versibus accuratus est Exordij, Propositionis, & confirmationis respectus. Istud est in v. 20. v. 21. illa in v. 22. hæc in subsequentiis,

C

Exordij

7. Exordium est in his verbis  
 Exord. Vers. 20. *Sapientia foras clamant, in plateis dat vocem suam.*  
 Vers. 21. *In summitate murorum clamant, in januis portarum, in civitate verba sua intendit.*
8. Hoc exordium dico reale quatenus non tam novae Orationis quam novi membri est initium, & simul involvit id quod principio directe appropriatur. In genere autem Sensus terminativus est hic *Sapientia publicè clamat.*
9. *Sapientia* nomen hic sumitur in plurali numero, quasi cōgestum Sapientiarum vel principiorum dicas; nihil enim ex subsecquentibus principii sibi constat, nisi hoc praesupponatur. Clamant ergo & vocem suam resonare volunt.
10. (1.) *Foras* i.e. in Scripturam quae foras quasi facta est voluntas Dei, ut jam id quod in Deo est, quantum Deus voluit, jam foras in Scripturam cernamus.
11. (2.) *In plateis dat vocem suam* in communibus Legis & Scripturae explicationibus & dilatationibus quae sunt plateae ex quibus id quod foras est, cernere valemus.
12. (3.) *In capite murorum* i.e. in templo Hierosolymitano, quod summos muros in Ecclesia vera habebat ubi sapientia vera dicebatur.
13. (4.) *In januis portarum civitatis* i. e. in judiciis publicis דאאט notat formaliter & ita proprie censuram, quam judiciis publicis Judaicis adscribimus, quod genus judiciorum sapientiam urgebat, & judicabat in hominibus.
14. Dum ergo describitur in Exordio hoc reali locus quasi convocantis ad disciplinam Sapientiae, discimus quod דאאט Daath primum principium debeat ex modo dictis locis desumi; quo nomine supra Exordium reale dicere debui.
- Propositio. 15. Propositio est in Vers. 22. *Quamdiu ò simplices sicut dilexistis diligentis simplicitatem, cum Lezim irrisores concupiscant sibi irrisionem, & stulti odio habeant DAATH i.e. cognitionem.*
16. Propositio haec resolvitur in simpliciores Propositiones 1. Diligite Daath ò simplices. 2. Lezim & stulti non diligunt sed odio ha-

habent eam; 3. Vos etiam evadetis stulti & Lezim si non diligatis  
DAATH.

17. Hic noto simul ex Exordio, quod Principium hoc debeat  
sumi ex solius Dei ore, quod hodie habemus in Scriptura S. Hinc

18. Status Ecclesiasticus tunc demum recte informatus est, cum  
Scriptura sacra & Verbum præponitur omnibus humanis consiliis  
& meditationibus.

19. Non habet *Daath* primum principium Deductivum illa  
Ecclesia quæ Verbum divinum nec habet, nec intelligit, unde nec  
Ecclesiæ Christi nomen meretur.

20. Idem verum est in statu Politico, qui non ideo nomen ha-  
bet Politici ut leges divinas ignorans legibus tantum humanis stu-  
deat, sed imprimis ab objecto circa quod versatur, ita tamen verse-  
tur erga illud ne fundamentum regiminis à Deo descendum negli-  
gatur. Hinc Deut. 17. v. 18. de Rege dicitur quod debeat describere  
Exempla Legis in librum à Sacerdotibus Levitis, ut sit cum ipso, &  
ille legat illum omnibus diebus vitæ suæ, ut *Discat sequelam Jhovæ  
Dei sui* (timorem ejus.) Noto hic dici *דברי תורה* duplicem legem quasi.  
Refert ex Maimonide Schichardus in tractat. de jure Regio cap. 2.  
theor. 5. Regem, quum solium conscenderet primo regni sui, ju-  
beri ut describat sibi librum legis ipsemet ultra codices, quos ipsi re-  
liquerant antecessores patres, & corrigat e libro authentico, qui est  
in atrio sanctuarij, quod si parentes ipsi nullum reliquerunt, aut ca-  
su quodam vel verustate periit, describat duo exemplaria. Unum  
quod reserret in thesauris suis, nempe id ipsum quod præceptum est  
singulis Israelitis, alterum nunquam removeatur ab illo. Quando  
exit in prælium habeat secum, quando revertitur ut assideat judi-  
cio Regio, imo cum convivatur habeat in conspectu suo. Hinc  
liquet 1. Non potuisse creari Regem, qui scribere & legere nesciat.  
2. Bina legis exemplaria oportuisse Regem habere 3. arctius Regem  
ad pietatem & legum scientiam quovis e subditis astringi. Privato  
licebat ab alio scripto uti, Regi quem ipse descriperat, ut menti im-  
primeret altius.

21. Non sufficit Politico novisse fundamenta Catechismi, sed

& sum

& fundamenta legum divinarum, si veram sapientiam velit sectari, exempla pro commodo & incommodo non libet allegare, sed tantum dicere, Si lex moralis rectè à nostris intelligeretur & tractaretur multa periculosa concertationes forenses evitarentur.

22. In summâ quilibet privatus in id debet incumbere ut Scripturam intelligat. Concionatores non sufficiunt; si illi in exilium mitterentur, tu autem Biblia non intelligeres, quis non subvertere posset tua fundamenta? Unde insignis esset usus si audientes concionem semper textum ad manus haberent, partim ut concionatores ipsosmet puderet evagari, Auditores autem sine tadio cum voluptate nexum & doctrinalia ex ipsius Dei ore perciperent.

23. Hæc fusius in Argumentis Confirmationis tractati essent, quæ ita sunt comparata ut inde commodum & incommodum principij magis magisque illucescant.

24. Antequam autem ad argumenta confirmationis digrediar, noto implicita argumenta. Quæ dico Implicita, quia in ipsa Propositione implicantur, & solent maxime sub se continere reliqua in argumentis confirmationis explicita.

25. Et primum est Quia qui non amant Daath cognitionem illi sunt Lezim, secundum Lezim sive irrisores (de quibus supra dictum in Disput. 1. quod sint inepti discipuli hujus sapientiæ) sibi irrisorem expetiverunt. Tertium Stulti odio habent cognitionem.

26. Primum & secundum incommodum est satis grande, quod qui Daath non habent nec habere cupiunt, sint irrisores, verum tales, qui sibi irrisorem acquirant, de se. Qui dum aliis exponendo quævis pro lubitu nocere arbitrantur, sibi ipsis sunt exitium. Repetant in bello Germanico quidam Consiliarij & viri magni actiones & consilia sua expendant, anne quando putarunt se alijs certissimum parasse exitium & malum, in idem inciderint, quando hoc primum principium Daath non præsupposuerint, sicuti id expresso in Musar principio alio, tractabitur. Quamvis etiam in argumentis explicitis hujus principij erit reassumenda plenior consideratio.

27. Secundum argumentum implicitum & quod modo tertium dixi in alio fundamento est, quia qui odio habent Daath sunt

Stulti. Nemo in vita communi nomine illo vult venire, cum tamen stultorum plena sint omnia. Quæris qui nam sunt stulti? responde Salomo, qui odio habet **נבון** cognitionem, Quid est Cognitio? vide supra & deprehendes esse *ex scriptura desumptam rerum complexionem & habitationem* liceat mihi *vo*cem non latinam usurpare cum non commodius non occurrat.

28. Primum argumentum in confirmatione movet ad amplectendum **נבון** collatione Spiritus, quod non est tantum commodum sed & medium, ex natura rem clariorem faciens.

Verf 23. *Si vos revertimini ad arguitionem meam ecce ego in copia dabo vobis Spiritum meum, annunciatum verba mea vobis.*

29. Medium Daath est Spiritus Christi. Sicut n. in præcedenti Disputatione dixi idq; ex textu probavi, quod medium sequelæ Dei seu principij terminativi sit Sapientia essentialis. Ita cum in explicandis principijs deductivis sumus occupati propinquius ut ita loquar medium quarimus, quod hæc in loco Spiritum Dei dicimus.

30. Sumitur a. hic propriè Spiritus, pro donis Spiritus à quibus tamen nunquam abest Spiritus S. quem Ecclesia vocat Personam. Ita a. considerantur dona ut effectus eorum ex ipsa Scriptura involvantur. V. g. Lego verba Efaia *Qui firmiter adheret non recedit.* Cui verbis effunditur mihi Spiritus S. & acquirō mihi Spiritum verborum istorum per Spiritum S. Hoc enim est quod dixit. *Ego in copia conferam vobis Spiritum meum notificatum* i. e. quando notifico vobis verba mea.

31. Jam applicetur id quod modo dicebatur, *Firmiter adherens non recedit.* Spiritus verborum est constantia fidei in Messiam, quæ verba illa per se faciunt, & alia his annexa quæ per Spiritum Christi in cordibus obignantur & firmanur.

32. Quæ partim ita explicavi quia iussit vox in copia conferam *Abbiah* quæ in Hebræo non tam de personis quam de rebus usurpatur, Confer Pf. 78. v. 2. de acutis dictis, Psal. 19. de verbo Proverb. 15. de stultitiâ v. 28. ejusdem cap. de molestia & sic in cæteris.

33. Hæc conferuntur juxta Salomonem cum revertimur ad arguitionem Dei. Est a. Arguio Dei verbum quod nihil aliud est quæ

officina ex qua omnis generis argumenta ad firmandam veram sapientiam desumuntur.

34. De tali ergo hic agitur Sapientia quæ ex solâ Scriptura eruitur, ejus verba Spiritum S. secum quasi vehunt. Hinc præter commodum rectè etiam hic allegamus naturam hujus Dauid, quod nos Deo proportionaliter assimilet propter verbum Dei ducens Spiritum. Ex quo colligitur, Nolle gentilium esse ignorare, si cum hoc divino Nolle rectè conferatur. Quantum enim sit hoc Nolle, & quam hominem elevant supra conditionem communem, tutius miramur, quam operose inquirimus.

35. Secundum Argumentum movet ad amplectendum *Dei* ita ut in simul ejus naturam involvat ab incommodo.

Verf. 24. *Eo quod clamavi vos autem renuistis, extendi manus, nemo autem fuit auscultans.*

Verf. 25. *Et dimisisti consiliū meum & argutionē meam non voluisti.*

Verf. 26. *Etiā ego in calamitate vestra ridebo, subsannabo cum venerit pavor vester.*

Verf. 27. *Quando in quam venerit sicut tumultus pavor vester, & calamitas vestra sicut turbo accesserit. Imo quando venerit super vos angustia & oppressio.*

Verf. 28. *Tunc invocabunt me, & non audiam, quærent me, at non invenient me.*

Verf. 29. *Eo quod odio habuerunt cognitionem, & sequelam Dei non elegerunt.*

Verf. 30. *Qui non voluerunt consilium meum, postquam reprobarunt omnem argutionem meam.*

Verf. 31. *Quare edent ex fructu vine sue, & ex consultationibus suis saturabuntur.*

Verf. 32. *Nam reditus simplicium occidet eos, & tranquillitas stultorum perdet eos.*

Verf. 33. *Verū me audiens habitabit confidenter, & tutus a pavorē mali.*

36. In genere hic sciatur, Incommoda non amati Dauid esse, quatuor 1. Resum Dei in calamitatibus, 2. Subsannationē in pavorē, 3. Denegationē responsionis in clamore, 4. Non pati se inveniri in quærendo, Quæ versu trigesimo tertio egregiā concluduntur collectione.

37. Verum specialis requiritur hujus rei consideratio,

39. Pri-

38. Primum dicitur Eo quod clamavi vos autem renuistis. Ergo nemo potest excusare sese quod DAATH primum principium habere non potuerit, cum clamavit, imo cum manus extenderit quod majus est quam simplex clamare quod saepe ignoratur ab audiente num se concernat, nisi motum manuum se allicientem simul cernat. Imo quod majus est cum spreverint consilium & scientiam ejus quam audiverunt & arguitionem ejus noluerunt, in quo quaso magis residet culpa quam in hominibus nolentibus.

39. Hec imprimis verificabantur in Judaeis qui publice propositam habebant legem, ex qua DAATH & rerum complexus debebat desumi. & tamen pejus saepe aberrabant quam ullus gentilis debuisse legitur.

40. Requiritur ergo ad Studium Daath ut 1. velit arguitionem, 2. ut preferat consilium Dei in Scriptura, 3. ut sequatur manus extendentem in Scriptura, 4. ut audiat vocem ejus.

41. Hec enim sunt quasi subprincipia Daath, ex quibus bene illi refutantur, qui lectionem Scripturae sacrae postponentes proprio fidant scrutinio. Ita quidem ut se non pejus tempus perdidisse quam legendis Biblijs profesti sint. Quicquid assequantur, sapientiam veram nunquam videbunt, quae nos in Deo reddat perfectos quae summa est humanae cognitionis.

42. Sumatur sapientissimus alias, extra hanc, ita in omnibus punctis determinatam sapientiam, nunquam potuit vere & perfecte in veris & profundis calamitatibus erigi. Hinc dicitur 6. 26. Etiam ego in calamitate vestra ridebo, subsannans cum venerit pavor vester. Vers. 27. Quando in qua venerit secuti tumultus pavor vester & calamitas vestra sicuti turbo accesserit. Imo quando venerit super vos angustia & oppressio.

43. Deus ridet, Deus subsannat, cum consilia extra se decreta confundit, & refugia humana pracludit, & quae sapientissima videbantur stultitiam esse palam demonstrat, ita in Psalmis quando conveniebant Reges tumultuose, & consultabant adversus Dominum & Christum ejus Jhoab ridebat Dominus subsannabat, ut & alibi quibus locis parco ut brevitati studeam.

44. Ridet autem cum venit tumultus, &c. Quibus verbis notatur improbis casus quorum summus est mors nostra Stulte sapuit qui mori non didicit. Si oppressio diabolica obveni at homini Daath non docto quid aget? succumbit.

45. Nunquam opera Diaboli destruetur, nisi quod tracto praesupponatur principium. Imo alia vere mala tunc demum fugantur, cum rerum complexus ex scriptura recte capitur. Quod si tempus insumere vellem, nec alias res esset clara in actionibus clarorum & mundanae sapientiae excellentium virorum docerem.

46. Quod autem in Scriptura tumultus, pavor, calamitas &c. veniant pro maximo malo hinc inde ex Prophetis imprimis constat. Pavor inter reliqua venire solet. pro eo quod expavemus vel ex conceptu, vel ex natura, quod ultimum

simum saepe non concipitur, sed videtur tantum ex qualitate & constitutione naturae alicujus fuit.

47. Talis pavor est mors & damnatio, quam multi non putant se timere, etiamsi ipsorum pavor recte dici queat, quod & in aliis calamitatibus verificatur.

48. Nec mirum est Deum ridere in tali motu, quia ut in textu dicitur, Odio habuerunt cognitionem, & sequelam DEI neglexerunt, Qui non intendit sequi Deum, & tamen vult ipsum invocare, nullatenus exauditur.

49. Causa cur hic repetatur sequela Dei cum in precedenti magno membro ex professo sit pertractata, haec est: Quia quodvis principium est in sequela Dei, & sano sensu etiam sequela Dei dici potest, sicuti etiam quodvis principium sub determinato sensu Sapientia vocatur.

50. Quomodo autem non potuerunt odio habere cognitionem & consilium & argutionem ex scriptura aut in textu sequenti scriptum est noluerint. Ubi non praeferendum est quod arguitio tribuatur verbo, Nam cum Spiritus sit in verbo & vero illi arguendi ratio proprie competat, recte verbum dicitur Arguitio.

51. Arguitio autem procedit ad modum communem, ubi pro ratione arboris fructus esse solet. Sic cum judicat eos qui non voluerunt nec habuerunt hoc principium facit ut edant fructus viae suae i. e. illum fructum qui invenitur in illa via quam illi solent calcare. Prout sunt opera ita est fructus eorum. Nam ex v. 32. Reditus simplicium occidet illos i. e. occidet illos quod solet evenire simplicibus, qui sine hoc principio fuerunt & sicuti securi fuerunt non satis attendentes ad consequens istius privationis, Ideo tranquillitas stultorum perdet eos.

52. Stulti est non haec accipere principia, & sapientiam absconditam studiose investigare, cum ex v. ult. Deum audiens habitet confidenter & tutus quiete à pavore mali.

53. Forma ergo argum. secundi respectu commodi constituit consilia & arguitio, Ita ut quando pro Conclusionem hujus Principij & Disputationis quaedam repetere volo recte ita informem thesin.

54. Primum principium Deductivum est Daath, Daath a. est complexivum rerum quae in Script. S. nobis proponuntur, seu exhibens Consilium & increpationem.

55. Consilium est ubi nos erudit in omnibus faciendis & non faciendis Arguitio in non-faciendis & faciendis. Ita a. distinguuntur ut consilium praesupponatur ut fundamentum, Arguitio ut consequens & quod adificatur in eo, & ex eo arguit.

56. Hoc Principium in Paulo deprehendimus qui dicit se venisse ἐν ἀποδείξει καὶ πειρασῶς καὶ θυμολογίας. ad Auditores suos Respectu ino commodi Argum. per species in commodorum deductatur.

37  
DISPUTATIO III.

Exhibens

PRINCIPIUM DIVINÆ ETHI-  
ces Deductivum secundum *Bina*  
S. DISCRETIONEM.

I.



Principium primum deductivum nuper vidimus, Respond.  
jam secundum explicandum aggredimur. Cum BERNHAR-  
autem, ut putamus, Proverbia ante nos pari ra DO TAD-  
tione explicata non sint & vero novis terminis DEL ROSE,  
tribus utamur, rogamus, iis ne Lector offendatur,  
realia respiciat, & reliqua nobis relinquat.

2. Rationem, ut in discursu imposterum Dn. Opponentes  
tempus non perdant, instituti damus. Principium diximus aliud  
terminativum, aliud deductivum. Terminativum quod termi-  
nos rei facit, e. g. A sequela Dei initium capiunt principia sapien-  
tiæ, in sequela finem sortiuntur. Terminum ab ante, & à post  
esse, extra controversiam est. Mihi melior terminus non incidit,  
is velim mihi concedatur, alii qui rem intelligunt, alio utantur in  
re idem dicente.

3. Principia dixi deductiva, quod nos deducant ad rem quan-  
dam e. g. Ponam apud Philosophos sapientiam constare cogni-  
tione & scientia, tunc rectè possem dicere, si velim habere sapien-  
tiam, prius habere debeo cognitionem & scientiam, & illa princi-  
pia dicerem deductiva, quia deducunt me ad sapientiam, à cogni-  
tione enim deducor ad scientiam, à scientia ad sapientiam.

4. His præsuppositis, rogantur Dn. Studiosi, ut nobis non  
sint molesti examine terminorum, tales enim adhibere nobis vi-  
sum fuit nec sine ratione, sed realia examinent, ut veram & realem  
sapientiam ejusq; partes examinando, veræ & realis discretionis  
ipsimet fiant participes.

5. Principium autem quod jam tractabimus dicitur *Bhinah*

D

& *Tbhunah*

*Discrimen* & *Tbbunah* non tamen sine discrimine conceptus in significatio-  
 ne. *Binah* concipitur in activitate, *Tbbunah* in passione: distin-  
 guuntur E. ut causa & causatum. *Binah* est causa, *Tbbunah* est  
 causatum eadem ratione, sicuti dicerem.

*Sapientia  
 activa &  
 passiva.*

6. Sapientia activa & passiva: activa quæ me sapientem red-  
 dit, passiva, quam jam actu habeo, & qua deinde in actione uti pos-  
 sum. Fundamentum distinctivum est in grammatica punctatione.  
 FORM ARUM ENIM quod jam primò, publice dicitur NON  
 TANTUM HABENDA EST RATIO IN SIGNIFI-  
 CATIONE GENERALI RADICUM SEDE ET IN  
 PUNCTATIONE NOMINUM.

*INTER  
 LEGO  
 quid?*

7. Est autem DISCRETIO prout vox Ebræa supponit, quan-  
 do (INTER LEGO) intelligo & discerno ea quæ ex Scriptura  
 sacra audivi & accepi, num sint in orbita judicij & rectitudinis,  
 nec ne.

8. Scripturam sacram præsuppono, quia  $\text{למד}$  Cognitio pri-  
 mum fundamentum horum principiorum, in ea fundabatur, unde  
 nullum principium, quod Scripturæ S. adversatur, deductivi ad sa-  
 pientiam Salomonis nomen habere potest.

9. Hujus discretionis tractationem ex Salomone discimus.

*Exordium.*

Exordium reale est in v. 1. & 2.

v. 1. Fili mi, si acceperis verba mea, & præcepta mea occul-  
 taveris tecum.

v. 2. Ut advertat ad sapientiam auris tua, tunc declinabis  
 cor tuum ad discretionem.

10. Exordium hoc ita est informatum, ut satis de proportione  
 ipsa simul constet. Sensus terminativus hic est: Si primum prin-  
 cipium  $\text{למד}$  cognitionem recte habeas, tunc tu studebis etiam, ut  
 habeas secundum principium, videlicet *discretionem*.

*Principia  
 omnia sunt  
 connexa.*

11. Tam immediate connexa sunt hæc principia, ut, cum uni-  
 cum homo habet, & alterum desideret habere.

12. Hic sensus quem dedimus est ex textu manifestus; distin-  
 guo enim has propositiones in antecedentes & consequentes. An-  
 tecedentes sunt, *si acceperis verba mea & præcepta mea occultaveris*

866 u. 11

secum quorum finis est ut advertat ad sapientiam auris tua. Consequens propositio. Tunc declinabit cor tuum ad DISCRETIONEM. Fundamentum est in positu vocum & constructione grammatica.

13. Prasupponitur ergo in hoc principio, verum *Daath* vera. Vera cognitio, quæ describitur per verba & præcepta Dei. Unde excludimus hic omnem cognitionem, quæ est extra verbum & præceptum Dei, ut enim ea etiam est cognitio, non tamen ea est, de qua nos agimus, appropriata verba Dei sunt intentiones Dei, præcepta quæ vi intentionum iubentur. Hæc debent accipi.

14. Non sufficit ergo dicere, ego sum in Ecclesia ergo sum sapiens: quæritur enim num tu acceperis verba quæ sunt tradita, num noveris quidquam per *Daath* per primum principium per cognitionem ut ita loquar seu magis propriè per rerum complexum. Hæc debent occultari, i. e. firmiter teneri, & quisque de iis persuasissimus esse.

15. Hoc non est occultare rem, cum dicimus de re, illa ibidem *Tò occultata* scripta est; ego autem ignoro, quanam sit propriè quæ scripta est, *are quid* in particulari: quo rsum, re ferri potest fides quam dico implici-  
tam ubi aliquis dicit, hoc ita sese habet, vicinus enim meus dixit, se ab amico quodam, qui hæc legit, audivisse non aliter se habere. Non ita, sed ita debes legere, vel si legere nõ potes, ab eo audire, qui potest: Pro hæc significatione confer Job 10. v. 13. Illa abscondisti in corde tuo. Psalm. 119. v. 11. In corde meo abscondi sermonem tuum. Proverb. 7. v. 1. Ubi idem repetitur, quod hic dicitur, cap. 10. 14. Sapientes abscondunt cognitionem, qui ultimus, maxime cum hoc convenit, cum propriè sit sapientis, non tam dicere de *Daath* cognitione, quam abscondere, revera habere, & IN SE COMPLECTI. Reliqui enim, qui de *Daath* cognitione loquuntur, non autem habent, stulti sunt, nec sapientis nomine veniunt.

16. In hoc puncto connexum est; ut auris advertat ad sapientiam; tunc enim homo ita est comparatus, ut semper plura & plura audiat, discat & præsertim ex secundo principio discernat quidvis.

17. Scribitur autem hic *Tbbunah*, quod est Discretio quasi

D 2

passiva,

passiva, videlicet. non ut alios discernentes reddam, sed ut ipse discernere queam.

*Propositio.* 18. Hæc verba *לִבְךָ לַחֲבוּבָה* ex exordio vicem propositionis obtinent in quam maximè operæ pretium est inquirere, num de eo, & non de alio principio ibidem agatur, si non de alio, sed de hoc agi evincatur, & idem per septem principia perpetuo deducatur, rectè nos, septem principia esse, dicemus.

19. Agitur autem in hoc capite de DISCRETIONE, & non de alio principio, ut (plura ad discursum remitto) unum dicam, quia confirmationis commodum & incommodum immediatè *Tbhunab*, discretionem respiciunt, sic enim in textu. *Si enim ad discretionem vocaveris. & ad discrezionem dederis vocem tuam. Si quesiveris eam (DISCRETIONEM) &c.* Tunc intelliges sequelam Dei, i. e. tunc deduceres ad sequelam Dei.

20. Ergo hic ponitur Discretio, ut principium deductivum, nos deducens ad sequelam Dei, & ad veram sapientiam, ut in argumentis confirmationis fufius dicitur. Ino idem palpatum ex hoc ipso exordio: Sic enim informatur. *Fili mi si acciperis sermones meos. & præcepta mea absconderis tecum. Si Daab cognitionem habueris, ut auscultes sapientiam auris tuae, tunc declinabis cor tuum ad DISCRETIONEM.* Vox tunc non est in textu explicite sed implicite, sicuti & in latina lingua. V. G. Plantus in Bacchide: *Si id capso, geritote amicis vestris aurum corribus, &c.*

21. Constituto principio ex versibus tribus prioribus, jam ad naturam ejus, commodum, & incommodum oppositi digredimur. Hæc namq; ratio est argumentorum confirmationis in his principiis, ut sub commodo & incommodo oppositi ipsa natura involvatur.

*Arg. 1.* Argumentum primum. Quia hoc principium deducit nos ad sequelam Dei, ergo est amplectendum- Hoc verba Salomonis docent.

v. 4. *Si quesiveris ipsam sicut argentum, & sicuti absconditos thesauros investigaveris eam (DISCRETIONEM)*

v. 2.

19. Tunc per discretionem cognoscas sequelam Dei & cognitionem divinam inventes.

22. Vis argumenti nota est. Antequam autem commodum penitus contemplamur, præsuppono תבין significare cognoscere per discretionem.

תבין

Notat cognoscere per discretionem.

23. Omnino in lingua Hebraica videntur multæ voces unum & idem significare; merum autem videri est, semper enim vera datur distinctio. Sic hoc in loco cum dicitur, Tunc תבין intelliges, recte dico cognoscas per discretionem. Forsan & veteres Latini, quamvis sub alio modo proposuerint, hoc etiam non ignorarunt: nam INTELLIGERE mihi videtur esse INTER LEGERE & discernere. Credat hoc qui vult, qui verò non, mecum non super hac re disputet; ego respicio vocem Hebraicam Binah.

24. Cognitio divina, & cognitio Dei differunt in textu. Hic dico Daath Elchim cognitionem Dei non esse hic idem, quod Daath primum principium sapientiæ & sequelæ Dei. Hoc enim est consequens sequelæ Dei, ut postquam secutus sum Deum, pro ratione captus, complector id quod de Deo didici.

דעת

עלהים

דעת

Primum

principium

differunt.

25. Huic opponitur in S. Scriptura דעת רוח cognitio venti, i. e. ventosa cognitio, ubi complectitur tantum id quispiam, quod NIHIL seu ventus inanis est. Sic Eliphas ad Job, cap. 15. 1. Num sapiens respondere solet cognitione venti. Solte ein Weiser so plaudern/di wann mans hernach hin vnd her berrachret/es nichts mehr als Wind gewesen ist. Sic è contra דעת אלהים est cognitio divina, da man also redet vnd handelt/das/ wann mans recht berrachret/ man endlich sagen muß/ das ist Götlich/das kommet aus der folge Gottes. Complectitur autem non tantum, sicut Job. 13. 2. Scire quod in verbo Deus revelavit nobis, sed & sicut Hofea 4. sumitur pro diligere Deum in omnibus, & ita verè est consequens sequelæ Dei.

דעת רוח

דעת

אלהים

26. Quærere sicut argentum, est diligenter & sollicitè quærere, fundamentum est in forma argenti, quæ est concupiscibilitas, ut ita loquar, quod enim concupiscimus maximè, id magis sollicitè etiam solemus quærere.

27. His præsuppositis, vim argumenti per partes speciales expendimus. *Discretio* est argentum quasi, ergo summo studio est quaerenda. Argentum discernitur à stanno, nam stannum אֲרָגוּר à distinguendo vel separando nomen habet; num in natura hoc verificetur, hoc physicis dispiciendum relinquimus. *Discretio* est absconditus thesaurus, ergo sedulo est investigandus: מִסְטוֹן enim notat rem absconditam, quam solent habentes abscondere, conferatur Jerem. 41. 8. Gen 43. v. 23.

*Discretio est ex osculanda & amplectenda.* 28. Adhibetur autem ad sedulam quaerendi curam, ut hic, ita & Job. 3. v. 20. *discretio* ducens ad sequelam Dei, cum primis erit amplectenda, ducit enim nos ad Dei cognitionem, erit ergo exosculanda.

29. Deducitur hoc argumento per connexa, quorum est principium seu medium: sic enim pergit Salomo.

v. 6. *Nam Jehovah dabit sapientiam, existente ex ore ejus cognitione,* primo principio. & *discretionem* secundo principio. q. d. quidni amplectamur discretionem secundum principium, cum per eam, conjuncto cum primo principio rerum complexu, Dominus conferat nobis sapientiam. Egregium autem est, quod dicitur. מִפִּי דַעַת וּמִבוֹנָה / quæ verba juxta constructionem philologicam, per duos ablativos, consequentiam designantes, ut grammatica docet, recte exprimimus. Hinc enim pono, quod ut supra dictum est, & cognitio & complexus rerum, & ipsa discretio alligata sint ad Scripturam S. ubi ex ore Domini audiunt verba.

v. 7. *Occulte confert rectis rem sibi constantem, clypeum recte ambulanti.* q. d. quando Deus vult parare alicui rem sibi constantem, tunc prius præsupponit *Daath* cognitionem & *Binah* discretionem.

30. Quis ergo non veneraretur commodum tanti principij, cum per illud etiam acquiramus *Tuschia* rem sibi constantem, quæ res est *Clypeus* omnium qui recte ambulant: *Wañ sie wissen daß ihr ding redlich ist vnd bestand habe/haben sie daran einen Schild/ vnd lachen vnter dessen/wann andere ihnen zuwider seyn.* De quo in alio principio plura.

31. Occul-

31. Occultabit i. e. ponet ut non semper animadvertatur in quo & ubinam sit, imò reservat quasi Conf. Psalm. 31. 20.

מה רב טובך אשד—אפנת לראיך

32. Mirus est hic  $\tau\delta$  Wau positus, Masora corrigit & pro  $\text{אפנת}$  ponit  $\text{אפן}$  secutus Chald.  $\text{אפני}$  Qua ratione Wau retineri posset, & duplici respectu manere deberet non retenta correctione Masoretharum, non attinet jam dicere, cum maximæ parti lectorum ex ignotis principiis disputarem.

Secundo deducitur per finem in v. 8. & 9.  
*Ad conservandum vias iudicij, ut viam misericordiae se affectuum v. 8. servet in terminis.*

*Ut ita per discretionem cognoscas justitiam & iudicium, imo rectitudinem, qua omnia sunt orbita boni.*

33. Ex his versibus patet, quomodo, iudicium, iustitia, & rectitudines non sint principia, sed orbita principiorum in quibus verstantur & progrediuntur. Nam non sufficit dicere, rectum & iustum sunt ea, per quæ Deum sequamur, addendum quoque est quid sit rectum, quid iustum, & tum deprehendemus, esse communem orbitam in qua hæc principia ad sapientiam, sequelam Dei ducunt.

34. Hinc dicuntur hæc orbita boni, quatenus bonum omnia quæ in Proverbiis habentur, sub se complectitur.

35. Ex hoc primo argumento & commodo naturam discretionis dextrè intelligimus, videlicet, consistere in eo, ut quod complexi sumus, discernatur, num iustum, num iniustum, num rectum vel non sit. Hoc supra dixi INTER LEGERE.

36. Ex hoc principio corrumpitur in Papatu, quod in ignota lingua canunt & missam celebrant. Etiam si enim homo plebeus. *Beatus vir, Kyrie, fons bonitatis, De profundis* &c. exacte memoriter teneret & canere posset: ad quid? Non habet discretionem, nec scit, quomodo Deum adoret. In quo puncto, si ex professo hoc in loco de eo agere vellemus, possemus non tantum divum Paulum, sed & humanam rationem allegare. Hinc aeterna memoria

moria dignus Megalander noster Lutherus, qui religionem illam in peregrina lingua ex Ecclesiis profligavit.

37. Ex hoc principio reformandæ erunt etiam lectiones bibli-  
cæ, ut quæ leguntur, simul explicentur, & ita discretionem acqui-  
rat auditor, ut ipse iterum domi repetere posset intellecta. In qua  
parte etiam divinam operam navavit Lutherus, qui Germanica  
Biblia Ecclesiis communicavit, ut quisvis posset legere, intelligere,  
vel si non intelligat Pastorem suum consulere, & ita erudiri.

38. Ex hoc principio in Politia Magistratus sedulam operam  
impendere debet, ut iudicium, & rectitudinem discat, ne iudicet  
contra æquitatem. Pono casum, iudex accepit iniquam legem.  
à Superioribus & majoribus, si ille eandem promulget, & in delin-  
quentes animadvertat, vere peccavit. Debuisset enim legere scri-  
pturam, & exerceri, ne in eam foret injurius, ut ita veram asseque-  
retur DISCRETIONEM.

39. Hæc nulla est excusatio in vero iudicio: Majores nostri  
ita super hac re decreverunt, ergo non corrigendum est decretum.  
Cognoscatur & discernatur & videatur, num iudicium, ut Salomo  
loquitur, & rectitudinem pre se ferat. Sed pergamus, plura vi-  
debimus de hoc principio sapientiæ veræ: secundum enim argu-  
mentum magis explicat primum & ita informandum est.

40. Discretio est amplectenda, quia conservat & custodit  
nos: ne aberremus, ita Salomo,

v. 10. *Quando veneris sapientia in cor tuum, & cognitio tibi ipsi arri-  
serit.*

v. 11. *Ut cogitationem cum motu super te serves, DISCRETIO te CON-  
SERVABIT seu custodiet.*

41. Quæ in versione videtur addita, non proficiscuntur ex  
ellipsis, quam non agnosco, sed per constructionem philologicam  
directe ita informantur, hic & in aliis locis, quod hic semel dicere  
volui, ne, cum lector videat, me particulas addidisse, arbitretur me  
per ellipsin omissas restituere voluisse.

42. Sensus autem est talis: Cum vere discretionem habebis,  
tunc in sapientia ipsa observabis, beneficio discretionis fieri,  
quando

Secundum  
argumen-  
tum.

quando te non extra orbitam iudicij abripi poteris: Hoc est quod dicitur, *cogitationem cum motu servatarum te, te discretio custodit*; de qua puta cogitatione cum motu, infra in alio principio ex professo erit agendum. Hic simpliciter sciamus, in orbita boni esse, ubi alius nos decipere non potest.

43. Objectum à quo nos liberat discretio, proponitur sub *Objectum discretio-*  
forma viri, cui ejusdem formæ opponitur mulier.

44. Præsuppono hic iterum notam quandam, sapientia, nra, peregrina venit sub forma viri & mulieris peregrina, propter certum quoddam medium vel tertium, in quo conveniunt, nempe in unione; sicuti enim vir unitur cum muliere, mulier cum viro, ita ad analogiam illius unionis, dicimur nobis adunire vel veram vel falsam sapientiam. Mulierum autem nomen famosius est ob decipiendi commodiorem rationem. Ita Salomo.

*Ad eripiendum te à via mali, à quovis viro loquente versutias.* v. 12.

*Develinquente vias rectitudinis, ad ambulandum in viis tenebrarum.* v. 13.

*Cum prolubio faciente malum, ut exultes in versutiis mali.* v. 14.

*Cujus via sunt pervertentes & distortæ in orbitis suis.* v. 15.

45. Sub persona hujus viri perfecte videmus contra quid-  
quam veniat discretio.

1. *Contra viam mali*, generale est & notat modum agendi, ita sæpe sumitur, vide inter alia Psalm. 1. v. 1. Prov. 3. & alibi, loca satis sunt manifesta. Fundamentum significationis est in natura. Modus agendi & media perveniendi ad certum quendam terminum.

2. Dicitur vir *loquens versutias*: Versutia ergo sunt prima species, contra quam venit discretio. Sunt autem versutia, ubi ita informata sunt verba, ut quidvis p. o. quovis sumi videatur, dum si sermones carpuntur, statim facies versa aliud pre se ferat. Imo quando sint actiones dispositæ, ut quoties vertitur hora, toties vertatur actio à malo ad pejus, unde cap. 10. Proverb.

B pro

pro appropriato subjecto habet, **וְיָשׁוּב** os turbulentorem Proverb. 2. 12. Ubi simile exemplum de operibus versutiarum.

3. Dicitur *vir derelinquens viam rectitudinis* i. e. modum recte agendi, qui est in Scriptura S. Cui via & modo agendi opponitur, *ire in viam tenebrarum*. Qui enim extra & contra Scripturam iudicat, nā is dicit perpetuo ejusmodi rem, cui non est aurora, nedum lux. His maximè opponitur discretio, ut habens eam, non decipiatur, ne lucem dicat tenebras, & tenebras lucem, ne dulce amarum vel amarum dulce vocitet. Tenebræ imprimis oppositæ sunt discretioni, utpote in quibus illa vix valet. Dum enim tenebræ cor obruerunt, bovem ab equo non discerno. Tam accurate & quodvis argumentum & pars ejus & limitatio ad principium suum illustrandum occurrunt.

4. Ex tenebris nihil aliud sequi potest, quam quod quarto loco dicitur *quod gaudeat vir ille ad faciendum malum*. Qui in tenebris est fugit lucem, ne opera ejus manifestentur ita enim sunt comparata, ut ex duce tenebrarū proficiscantur, & ad eum rursus tendant. Bonum est in luce, malum in tenebris, hinc recte dicitur, lætatur in versutiis mali; Dum enim licet non habeat bonum habere non potest, volvitur & revolvitur in malo & tenebris. Discretio autem in luce existens, extrahit hominem ex illa morte, & ad vitam veram reducit.

5. Describitur *vir ut cujus via sunt pervertentes & distorta* Confectarium hoc est ex præcedenti: si in tenebris sunt viæ, sane pervertentes erunt, quæ hominem non recte deducunt. Qui in tenebris ambulat & sine discretione facile deduci potest à via putei in profundum ejus, quam arbitrabatur esse regiam, cum tamen sit distorta, & à via recta deflectens.

46. Ex hac secundi argumenti parte prima, iterum de natura discretionis certiores reddimur, dū ex oppositionis modo, oppositæ partes recte expenduntur. 1. Est in via seu modo agend

gendi bona generaliter, circa bona enim agenda versatur.  
 2. Consistit in simplicitate, quatenus illa opposita est verlutia,  
 ubi modo huc modo illud deflectit in tenebris, cum quo qua-  
 drat illud quod in lege scriptum. *Nou declinabi nec ad dex-  
 tram nec ad sinistram, sed quacunq; precipio tibi ea facies: ma-  
 dia ergo via, est via discretionis.* Hinc 3 dicimus & est *via re-  
 ctitudinis*, quatenus pro orbita rectitudinem & iudicium  
 habet. 4. Lucem pro se fert, & in ea habitat. 5. Latatur  
 consequenter bona exequi, exultat dum simpliciter id promo-  
 vet, nec mirum, Cum 6. Vias habeat directas quæ orbitam re-  
 ctam nunquam non annexam ferunt. Sic hucusq; conside-  
 rata fuit discretio.

47. Altera pars hujus argumenti certo modo tertium dici  
 potest sicut in præcideoi sub viro, natura incommodi latebat,  
 ita hic finis principaliter indigitatur.

*Ad eripiendum te ab uxore peregrina, à spuria in quam, quæ. v. 16.  
 sermones suas levigavit.*

*Derelinquente ducem adolescentiæ suæ, postquam fe- v. 17.  
 deris Dei sui oblita est.*

*Nam depressa est ad mortem domus ejus, & ad subterve. v. 18.  
 nientes orbita ejus.*

*Ut omnes venientes ad eam non revertantur, nec assequan- v. 19  
 sur semitæ vitarum.*

48. Mala mulier, credo expertis, ita etiam peregrina, mala  
 herba est: at hic non intendit mulierem quandam corporalem  
 Salamo, sed sapientiam peregrinam, alias dictam stultitiam,  
 non ut negem, rem literaliter acceptam veram esse, sed ut di-  
 cam sub vera illa re, majus quid indigitari, prout Proverbiorum  
 seu collatorum ratio requirit.

49. Omne id hic dicitur uxor peregrina, quod cum luce  
 & bono non quadrat, nec cum orbita ejus convenire potest.

60. Dicitur uxor peregrina, quatenus non est legitima  
 & nostra, sed alterius thori, quæ hic notat diaboli astutiam, in  
 qua præter verborum levigationem jucundi nil reperitur.

E. 2. Verbo

51. Verba *lavigare est dividere*, quadrat cum versutia viri in precedenti membro; quomodo autem Lavigatio & divisio unius sint formae demonstrare, hujus non est loci, alibi hoc factum est. Hic dicatur, sermonem lavigare, esse cum omnia dividuntur, ut dum duo quasi proponuntur, neutrum recte percipiatur conf. Psalm. 55. 22. & 36. v. 3. Jer. 37. 12. ex quibus locis recte ponderatis fundamenta meae explicationis consolidantur. Talis duplicitas, ut ita loquar, est in falsa sapientia, quae beneficio discretionis recte distinguitur.

52. Describitur porro uxor illa, quod sit *derelinquens ducem adolescentiae suae*. Duci adolescentiae, uxor adolescentiae opponi solet Esa. 51. 6. Prov. 5. v. 19. Mal. 2. 15. Haec dicitur simul *Uxor Federici* Mal. 2. 14.

53. Est autem dux adolescentiae, quem vel quam assumimus, ut ex eo vel ea liberos (ad morem Hebraum loquor) excutiamus: ea enim forma, non tam respicitur ad aetatem quam ad statum.

54. Notatur hic deserente diabolus ipse parens falsae sapientiae, qui Deum dereliquit, cum quo certo respectu erat unitus, cui erat subjectus, sed qui fœdus Dei sui tantum colendi & solius adorandi Domini relinquens, ex via excessit & sicuti ipse deflexit, ita ad deflectendum semper deducere studet alios.

55. Contra hanc uxorem iterum valet discretio ut discernens uxorem alterius, ab ea quae nostra esse potest. Dum nos enim esse volumus sub Christo Jesu, & revera in eo sumus, non possumus nec debemus cum alio contra Christum uniri. Ratio additur, nam *depressa est ad mortem domus ejus & ad subtervenientes orbis ejus*.

56. Depressa seu esse inclinare dicitur domus, quatenus paulatim & pedetentim etiam incautum ducit ad mortem & omnis generis mala. Fundamentum significationis est in natura. Non facile ex monte & domo excelsa precipitem se deturbat in foveam, coram domo, at dum mons & domus paulatim depressior & declivior fit, non vertitur ire & ita descendere

57. Dicitur

57. Dicitur porro in textu, ad *subvenientes* i. e. qui infra terram veniunt, alias dicuntur mortui, Hebraice מַתְּוִיִּם cuius radix נָטַר formaliter & proprie notat *subvenire*, materialiter *mederi*, Hinc מְדַבְּרֵי significat medicos, alias gigantes: Hic autem significatio medicorum & gigantum non valet, assumo ergo formale *subvenientium* de ter die sollen verderben vud vmbkommen. Conf. Prov. 9. 18. Esa 48. 9. 14. 9. Excitavi tibi omnes *subvenientes*, Alle die wie Du vmbkommen vud verderben. De his recte dicitur quod ad eas orbita meretricis ducant; nam quoties, pedem promoves, toties magis *subvenis*, i. e. inferius venis. Nolo hic vocem *subvenire* examinare ad commune latinum, videt enim quivis, ne non posse aliter loqui.

דַּבְּרֵי

58. Si ita *subveniat* descendens per huius domum, colligitur est Salomoue ex v. 19. *Omnes venientes ad eam non revertentur nec assequentur viam vite.* Si viam mortis, calcant & consequenter tenebras, quamquam quaso potest esse discretio, ut ad vitam revertantur, non enim tam sunt in via quam in termino eius, in morte.

59. Ex his facile perspicimus, quanta pericula sint, contra quae adhibeatur *discretio*, quantumq; sit discretionis commodum, ex incommodo oppositi intelligere possumus, quae si hic repetere, & seorsim examinare vellem, injuriosus essem in charitam sapienti sat dictum qui non oscitanter legit,

Conclusio est in verbis ultimis,

*Ergo ambulato in via bonorum & semitam justorum custodito.* v. 20.

*Nam recti inhabitabunt terram, & perfecti remanebunt in ea.* v. 21.

*Turbulenti autem ex terra excidentur, & perfide agentes v. 23. transferentur ex ea.*

60. Haec omnia non opus habent explicatione, Vis conclusio *Conclusio* hinc est. Si ita *discretio* sit informata, si tanto veniat commodum, si contra tantum incommodum certet, merito ergo ambulat quis in via bonorum, & semitam justorum, custodit.

61. Via bonorum & semita justorum est via discretionis;

E 3

boni

boni enim habent discretionem, quia discretionis orbita est justum & bonum. Obiter hic nota *Prin* justum, esse vi formæ suæ nomen actiyum, & frequentissimi significare justificantem, is enim iustus dicitur, in Scriptura veteri qui Deum in se justificat, quæ grammatica ratio est hujus loci, alias in illis locis quæ de justificatione hominis coram Deo agunt, alia est ratio. Inhabitatio terræ & opposita excisio bonum & malum sunt, præmium & poena, verum autem consequens non, directe quidem respicit ad id quod nos præcise inhabitationem terræ vocare solemus, boni hic dicuntur inhabitare terram, quatenus cum operibus suis manent.

62. Imo trahitur sæpe illa terræ inhabitatio ad possessionem patriæ cælestis, cujus olim perpetuus typus erat terra Canaan. In illo puncto facilis est ratio oppositionis, quid ex textu inducat.

63. Cum hæc pagina spatium scribendi relinquat, jam in genere de tota hac disputatione & principio secundo quædam dicam. Discretionem dixi esse principium secundum deductivum illud num verum sit, principaliter erit examinandum. Unde rogamus officiosissime tam studiosos, quam Doctores volentes, ut accurate, more sapientum qui propositionem, propositioni opponunt, negativam affirmativæ, ut ita de uno primum recte agatur, num illud verum vel falsum sit deinde de consequentiis ex uno illo vero vel falso, has theses ventilent & dispiciant, num in hoc capite secundo Proverbiorum Salomonis agatur de *discretionem*, & num omnia argumenta colliment ad *discretionem*. Si id fiat in hoc principio specialiter, in alio deinceps itidem, tum non potest non tandem accuratum & sanum iudicium de omnibus ferri, ut coniequenter cum majori usu sapientissimi legatur Salomo. Imo ut hæc commodius fiant vel bis stabo ventilationi tali.

64. Dico etiam pro conclusione hujus principii, quod eodem modo, quo ego hic sumpsi vocabulum etiam alibi, in Scriptura

Scriptura sumatur cum derivatis suis. Genes 41. v. 33. & 39. agitur de viro præficiundo operi, & dicitur ipse וְיִשְׁׁרָאֵל וְיִשְׁׁרָאֵל Vir discernens, imo cū passivum sit, forsan in mixta nostra lingua commodius exprimeretur per Einem discreten Mann der zur Zeit der Thewrung einen rechten Unterscheid macht zwischen diesem vnd jenem / & quidni, cum Salomo capite decimo Proverb. dicat In labiis discernentis discretionē habentis invenies sapientiam, nec hoc mirum, cum ex super abundantia cordis os loquatur. Nam ut idem Salomo inquit Cap. 14. In corde discretionem habentis quiescit, residet sapientia: cum è contra, ut Salomo loquitur capite 10. Nisi trans oculis det dolores, & stultus seu inconstans in labiis irretiatur, sive ut proprie loquar implicetur. Dum enim non habuit discretionem imo ne quidem cognitionem multā agit quæ mala esse deprehenduntur, & cum multo minus habeat Mzimmah, nesciunt quid futurum sit sō in quo agunt. Hinc sæpe. Non putaram rerum est clausula, quod sapientis pro ut in complexō toto sumo non est dicere. Ita sumitur etiam in lege cum ita Mōses inquit Deut. 4. Ecce ego docui vos statuta & judicia, sicuti præcepit mihi Jehovah DEUS meus &c. Et custodietis & facietis, nam hæc est SAPIENTIA VESTRA ET DISCRETIO coram gentibus quæ dicent TANTUM POPULUS SAPIENS ET DISCRETIONEM HABENS. Quod iterum mirum non erat, Nam habebat DE Negem ex qua cognitio primum principium & Discretio secundum principium fluunt. Ita Deus ad Salomonem I Reg. 3. Quia rogasti tibi tu discernere audire iudicium (rogaverat enim Salomo להבין לרע טוב בין discernere inter bonum & malum,) ideo dedi tibi cor sapiens & discernens, ut sicuti tu nemo fuerit ante te, post te non surgat aliquis sicuti tu, quo nomine non merito illius libros diligenter legimus, cum hic audiamus, neminē fore sapientiozem hoc viro. Ex hoc insigni dono describitur David adhuc juvenis existens quod sit נבין נביר discretionem habens in rebus imo etiam


etiam verbis, utrinque enim *Dabbar* significat. In Tali orna-  
mento describuntur etiam prudentes auferendi in *Esaia*.  
וְנִבְרָן לְחָרָץ & *discretionē habens in discursu*, qui rationabiliter  
aliquid ex alio colligere possunt; ne ut bratium pecus aliquid  
statuat, quod postmodum erat corrigendum.

65. In summa, ad quidvis se extendit *discretio*, & maxi-  
mum Spiritus Christi est beneficiū, super hoc enim *Esa. II.* requi-  
escit *Spiritus Jhovah*, Spiritus sapientiæ & DISCRETIONIS  
*Spiritus consilij & fortitudinis, Spiritus cognitionis ET SEQUE-*  
*LÆ DEI.* Idem Spiritus ducat in hac nostra Academia &  
docentes & discentes, ut ex ea prodeant, qui collapsam Ger-  
maniam *cognitione, discretione, consilio, imo pa-*  
*triam suam fortitudine* juvare possunt, &c.

Hoc rogo.







*Misimma sc. colligatione cum motu.*

tur. Si autem contra ex propriis quos ex principiis  
sapientiae acquisivimus, fontibus bibamus, *Tunc fons*  
*benedictus, & letabimur ex uxore adolescentiae nostrae*  
benedictus est, cum benedictio ex ipso fluit, quod fit  
vero sapientiae fundamento ita & nobis & alijs in serv  
benedictum & beatum proclamant fontem nostrum.  
maledicant, cum in fine, se deceptos esse, animadver  
Christi fons benedictus erat, cum mulier in actu eject  
felicem deprædicabat & benedictum uterum, qui Cl  
portavit quia Christi verbum benedictum esse depreh  
Hic fons deinde rectè confertur cum fonte  
ex Psal. 68. cum ex eo noster derivatus sit sub Dei  
Conferatur aliàs pars Proverb. special. cap. 10. in tra  
orbitæ principiorum.

16. *Tunc letari poterimus ex uxore adolescentiae*  
Imperativus in materia necessaria, sicuti exemplum  
inter alia in Psal. 37., venit pro futuro secundo. Uxo  
scientiae sumitur communiter vi formæ, ut alibi dictu  
qua excutimus liberos, qui עורר excussi dicunt  
autem in hoc loco est propria, & à Deo nobis legitim  
pientia quâ ceu nostrâ utimur. Si quis aut  
hic urgere sensum literalem (qui autem in Proverbii  
lus est observandus) & rectè, etiam rectè applicamu  
strum principium *misimma* quamvis ceu ex fund  
de re ipsa propriè Spiritus hic non loquatur  
qui aliam uxorem ceu suam in thorum trahit, dedit se  
cipium, quæ ipsum cepit & decepit; contra qui suâ ut  
re, ritè gaudium ex fructu ejus capit. At, ut dixi, de se  
appropriata & à Deo nobis concessa hic agit Salomi  
rectè dicitur, quod *Ubera ejus nos irrigent omni temp*  
gationem uberum, si propriè sumi velis, gaudium in fa  
viri esse arbitror: ergo hic talis uxor, quæ & marita  
est, videlicet sapientia vera nobis concessa, ea cum à  
gitur, quod fit dum in ipsius amore erramus, & perpe

N

